En, Vir Nobilissime, pro thesauro carbones.
Dum enim Tabellam meam, jam jam
variis Characteribus Orientalibus locuple-
tatam atque absolutam, iterum atque iterum ad exa-
men revoco, adeo mihi, ob membranae
inaequalitatem ac nevos, quos mihi antea
fucus illius obtexerat, displicet, ut eam
perspicacissimis tuis oculis subjicere non
ausim. Et, ne non nihil hac vice mitterem,
sponte se mihi obtulit hoc Epigramma
sive Tetrastichon, quod ab autore suo
lucem et gratiam feret. Saltem silentium,
quod iter meum trium aut quatuor hebdoma-
Forte conjicio darum † protraheret extra omnes comitatus
limites, abrumpendum duxi. Vir Nobilissime Vale
et meae festinationi ignosce.

N. 69

© Koninklijke Bibliotheek
133 B 8, nr. 69
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5691

Myn Heer

Myn Heer Constantin
Hugens, Ridder, Heer
van Zuylichem etc.
woonende by het Hof
van de Prins van
Orange in den
Hage.
loont

© Koninklijke Bibliotheek
133 B 8, nr. 69
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5691